1337. Ineunte Jejunio Magno

Est in T. III. Somm. fol. 78.
Est in Dogelo sed mendose sub A 1334. nam hoc anno nondum fuit electus in Magist. Ord. Teut. Theodoricus. Fit hic praeterea mentio Tractatus Wissohradensis qui fuit A 1335 exeunte Novembr. In eadem etiam re et sub eadem Data est Diplema Joan. Reg. Bohemi sub A. 1337. Dominica Invocavit

Copia Vetus hujus transactionis in MS Regio advecto Bledzewia expresse penit Annum 1337.

47

Inscriptio Theodorici Generalis Magistri Ordinis Theutonicorum super cessione ipsius de bonis Brest et Dobrin.

Noverint universi praesentium inspectores, quod Nos frater Theodoricus de Aldemburg Ord: domus Theutonicorum generalis Magister. Pacis foedera in castro Wissegrad in Ungaria iniciata tempore praeterito consumata in Leslaw gratificamus hoc modo, ut cum litterae nobis promissae sub eo tenore involuta sigillata sigillis videlicet illustris principis dni Casimiri Dei Gratia Regis Poloniae, ac nostro ac generosi viri dni Adolphi Comitis de monte plenius continetur, nobis in Thorun vel alicui mandatum nrum super eo habenti infra hinc et festum Sanctae Trinitatis proxime affuturum fuerint praesentatae, extunc Nblis Otto de Bergau nomine et vice magnifici principis domini Johannis Regis Bohemiae et nro, civitatem et castrum Brest cum omnibus suis appendiis ea ex nunc manutenens dno Regi Poloniae praelibato, seu ei quem adhoc deputaverit, putabit, et similiter terram Dovin, dno duci Dobrinensi cum suis pertinentiis assignabit, alioquin nobis, vel ei quem adhoc deputaverimus, idem dnus Otto de Bregovo seu eius vicem tenens civitatem et castrum Brest et terram Dobrin cum suis pertinentiis, ut praedicitur pure et simpliciter sine aliqua contradictione tenebitur praesentare. In quorum omnium evidentiam pleniorem sigillum nrum praesentibus est appensum. Datum et Actum in Lessavia[x] Anno Dni 1334 Dominica qua cantatur. Invocavit

x Idem quod Vladislavia vetus. teraz Wrocławek. (Inowrocław)